¶ Confirmatur secundo principale argumentum, quia si motus talis rotae esset uniformiter difformis a non gradum usque ad octavum, sequeretur, quod adaequata velocitas illius rotae esset ut quatuor, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Consequentia est nota, et falsitas consequentis arguitur, quia velocitas totius illius partis, quae clauditur circulo minori DEF, est ut duo, cum sit a quarto usque ad non gradum, et velocitas totius residui est ut sex, cum sit a quarto usque ad octavum, et si esset in medietate adaequata faceret ad denominationem totius motus ut tria, modo est in sexquialtero maiori parte medietate, ergo sequitur, quod motus eius facit ad denominationem totius in sexquialtero magis, et per consequens ut quatuor cum dimidio, (cum quatuor cum dimidio ad tria sit proportio sesquialtera), ergo sequitur, quod talis motus adaequata est velocior quam ut quatuor cum dimidio, et per consequens velocior quam ut quatutor. Quod fuit probandum. Sed iam probo, quod illa pars rotae, quae est totum residuum a minori circulo, est in sexquialtero maior medietate, quia illa pars est tres quartae totius rotae, igitur in sexquialtero est maior medietate. Probatur, quia medietas est duae quartae, modo trium quartarum ad duas quartas est proportio sesquialtera. Sed iam probo antecedens videlicet, quod residuum illius rotae a minori circulo sit tres quartae illius rotae, quia totius rotae ad minorem totum circulum est proportio quadrupla, ergo totum residuum a minori circulo, qui est una quarta, est tres quartae, sed illa pars est totum residuum a minori circulo, ut notum est, ergo illa est tres quartae totius rotae. Quod fuit probandum. Sed iam probo, quod totius rotae ad minorem circulum ei concentricum sit proportio quadrupla, quia – ut demonstrat Bravardinus in tractatu proportionum capite quarto – semper inter duos circulos inaequales est duplicita proportio ad proportionem, quae est inter diametros eorundem circulorum, ita quod proportio circulorum est proportio diametrorum duplicita, ut etiam facile potest intueri in figura supposita, sed diametri totius rotae ad diametrum circuli DEF est proportio dupla, ergo totius rotae ad circulum DEF est proportio quadrupla, quae est dupla ad duplam. Quod fuit probandum.




Alvarus Thomas, *Liber de triplici motu*, S. 128.

Quod vero diametri ad diametrum sit proportio dupla, patet ex casu principalis argumenti. Et sic ex hac deductione patet, quod totus ille motus est ut quinque, quia illae tres quartae denominant ut quatuor cum dimidio, et alia quarta, quod est minor circulus, denominat ut dimidium, (cum sit ut duo), igitur totus motus est ut quinque et sic non est adaequate ut quatuor. Quod fuit probandum.

Secundo principaliter arguitur sic: si illa definitio esset bona, sequeretur, quod motus caeli non esset uniformiter | difformis quoad subiectum, sed consequens est falsum, et contra communiter opinantes. Igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur: et divido primum mobile in duas medietates per colum, vide- licet procedentem a polo artico per polum antarticum et per capita

arietis et librae. Quo posito arguo sic: nulla illarum medietatum movetur uniformiter difformiter, igitur nec caelum movetur uniformiter difformiter. Consequentia patet, et arguitur antecedens, quam neutri illarum medietatum punctus, qui est in medio, tantum exceditur in velocitate a puncto velocissime moto, quantum excedit punctum tardissime motum sive non gradum, cum punctus existens in medio sit punctus existens in circulo aequinoctiali, qui est punctus velocissime motus, igitur a nullo exceditur in velocitate, et per consequens non tantum excedit a puncto velocissime moto, quantum excedit punctum tardissime motum vel non gradum velocitatis. Quod fuit probandum.

¶ Et confirmatur, quia si esset aliquis motus uniformiter difformis quoad subiectum, maxime esset motus localis, quo per rarefactionem movetur unum quadratum, quod rarefit uniformiter a non gradu in extremo quiescente usque ad octavum in altero extremo, sed haec non, igitur. Maior est nota cum consequentia, et probatur minor, quia non cuiuslibet partis illius gradus medius tantum excedit a velocissimo, quanto excedit gradum tardissimum illius partis vel non gradum, igitur totum illud quadratum non movetur uniformiter difformiter quoad subiectum. Consequentia patet ex definitione, et arguitur antecedens, et signo unam partem in medietate illius quadrati, quae velocius rarefit, et sit illa pars figurata per modum duorum laterum unius trianguli facientis unum angulum supra punctum medium ex uno latere et ex alio infra, ut appareat in figura hic infra scripta.



Alvarus Thomas, *Liber de triplici motu*, S. 128.

Tunc sic arguitur, illa pars est pars illius quadrati, et tamen ipsa non movetur uniformiter difformiter, igitur propositum. Arguitur antecedens, quia punctus existens in medio illius partis in linea procedente a puncto non moto usque ad punctum velocissime motum ipsius quadrati est punctus medius totius quadrati, qui movetur ut quatuor, ut patet in figura, igitur si talis movetur uniformiter difformiter, sequitur, quod totus motus eius est ut quatuor, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis probatur, quia utraque medietas talis partis velocius movetur per rarefactionem quam ut quatuor, quia utriusque illarum punctus medius est intensior quam ut 4, cum utriusque illarum medietatum punctus medius sit supra punctum existentem in medio illius quadrati, et sic utraque illarum movetur velocius quam ut quatuor, ergo per consequens tota illa pars, cuius illae sunt medietates, movetur velocius quam ut quatuor, quod est oppositum, aut saltem inferit oppositum consequentis, quod erat probandum falsum.

In oppositum tamen arguitur per communem auctoritatem recentium philosophorum hanc definitionem ponentium.

Pro solutione et enodatione huius quaestionis pono alias conclusiones, quibus mediabitibus adinveniatur definitio motus uniformiter difformis quoad subiectum.

Prima conclusio: motus uniformiter difformis quoad subiectum non bene definitur isto modo: motus uniformiter difformis quoad subiectum est, cuius omnes partes immediatae secundum extensionem sunt immediatae secundum intensionem motus sive velocitatum, ita quod remississimus gradus velocitatis, qui est in intensiori, sit remississimus, qui non est in remissiori illarum duarum partium sibi immediatarum. Probatur haec conclusio, quia pono casum, quod sit una rota, quae [...] movetur a non gradu usque ad certum gradum, ita quod a centro eius quiescente usque ad medium semidiametri sit motus uniformiter difformis a non gradu usque ad quatuor, et a puncto medio semidiametri usque ad circumferentiam sit motus uniformiter difformis

De motu locali quo ad effectum.

147

1 quarto usq; ad duodecimū (volo enim q; talis rota sit flexibilis q; alias non video quomodo hoc eset possibile) quo posito arguitur sic motus ille nō est uniformiter difformis tamen omnes partes immediate secundū extensionem sunt immediate secundū intēlonē: igitur illa definitio cōuenit aliis a dīfinitiorē per p̄nā non est bona. **2** Inoꝝ est nota ex casu: t; maior probatur quia si esset uniformiter difformis cū incipiat a duodecim t; terminat̄ ad non gradū p̄cū medī semidiāmetri mouere velocitate q; est gradus medius inter duodecim t; nō gradū: sed hoc est falso ut patet ex casu qm̄ talis punctus mouetur ut quatuor ut ponitur:

Secunda cōclusio Motus uniformiter difformis quo ad subiectum nō bene definitur ist modo. Motus uniformiter difformis quo ad subiectum est quando cuicunque pars subiecti punctus qui est in medio (loquo de punto vero vel unaginario) tanto excedit in velocitate ab extremo illius partis velocissime moto quantum excedit extremum remississime motum eiusdem partis siue non motum (quod dico propter motum terminatum ad non gradum). Nec conclusio bene probatur per primum argumentum principale ante oppositū t; p̄ secundam confirmationem eius. Illud enim argumentum t; confirmatio ostendunt q; non oportet medium gradum motus uniformiter difformis quo ad subiectum esse in medio magnitudinis corporis moti uniformiter difformiter quoad subiectum: sed bene oportet q; sit in medio longitudinis talis corporis modo exposito in argumēto.

Tertia cōclusio Motus uniformiter difformis quo ad subiectum non bñ definitur sic. Motus uniformiter difformis quo ad subiectum est quando cuicunque pars subiecti dimidium sive punctus qui est in medio talis partis (in medio in qua secundum longitudinem) tantum excedit in velocitate a punto ille ab extremo velocissime moto quantum excedit punctum sive extremum tardissime motum in velocitate sive extrellum nō motu (quod dico propter motum terminatum ad non gradum). Probatur hec conclusio per ultimam replicam primi argumenti huius dubitatis: iōis: t; per secundū argumentum: Nam si illa definitio esset bona sequeretur q; quelibet pars illius quod uniformiter difformiter mouetur quo ad subiectum etiam uniformiter difformiter mouetur quo ad subiectum. Consequens pater ex definitione: t; antecedens pater quoniam scit illa puncta mouentur in toto ita etiam in illa parte rotis in qua sunt ut notū est. **4** Sequitur secundo q; non oportet q; motus uniformiter difformis quo ad subiectum correspondet gradui motus existenti in medio magnitudinis talis corporis: nec in medio longitudinis. Probatur hoc corollarium quo ad primum partem ex primo argumēto t; eius secundam confirmationem: Et quo ad secundam partem ex confirmatione secundi argumenti.

5 Sequitur tertio q; motus uniformiter difformis quo ad subiectum cōmensurari habet penes gradū medium inter summū t; infimū vel non gradum vicēs sit talis gradus. Dat̄ quia non videtur alius modus cognoscendi totalem velocitatem moti uniformiter difformis quo ad subiectū. Et per hoc patet conclusio responsiva ad dubitationem q; talis ē.

Definitio illa que cōmuniter dat̄ de motu uniformiter difformi quo ad subiectum non est sufficienter assignata: quoniam nec vales si intelligatur de medio magnitudinis nec si intelligatur de medio longitudinis ut declaratum est in secundo corollario. His positis.

Respondeo ad argumenta ante opposita q; illa sunt pro conclusione responsiva. Quia tamen in primo argumēto queritur an in motu uniformiter difformi quo ad subiectum gradus medi⁹ debeat esse in medio corporis quo ad magnitudinem vel quo ad longitudinem dico q; neuter illocuz mediorum requiritur q; sit in medio corporis ut dicit secundum corollarium. **6** Id replicam tamen respondebat negando antecedens ut ibi dicitur quam

definitio
moti
uniformiter
diffor-
mis q; ad
subiectū.

a quarto usque ad duodecimum – volo enim, quod talis rota sit flexibilis, quia alias non video quomodo, hoc esset possibile. Quo posito arguitur sic: motus ille non est uniformiter difformis, et tamen omnes partes immediate secundum extensionem sunt immediate secundum intensionem, igitur illa definitio convenit alias a diffinito, et per consequens non est bona. Minor est nota ex casu, et maior probatur, quia si esset uniformiter difformis, cum incipiat a duodecim et terminatur ad non gradum, punctus medius semi-diametri moveretur velocitate, quae est gradus medius inter duodecim et non gradum, sed hoc est falsum, ut patet ex casu, quam talis punctus movetur ut quatuor, ut ponitur.

Secunda conclusio: motus uniformiter difformis quoad subiectum non bene definitur isto modo: motus uniformiter difformis quoad subiectum est, quando cuiuscumque partis subiecti punctus, qui est in medio, (loquor de punto vero vel imaginario) tanto excedit in velocitate ab extremo illius partis velocissime moto, quantum excedit extrellum remississime motum eiusdem partis sive non motum, (quod dico propter motum terminatum ad non gradum.) Haec conclusio bene probatur per primum argumentum principale ante oppositum et per secundam confirmationem eius. Illud enim argumentum et confirmatio ostendunt, quod non oportet medium gradum motus uniformiter difformis quoad subiectum esse in medio magnitudinis corporis moti uniformiter difformiter quo ad subiectum, sed bene oportet, quod sit in medio longitudinis talis corporis modo exposito in argumento.

Tertia conclusio: motus uniformiter difformis quoad subiectum non bene definitur sic: motus uniformiter difformis quoad subiectum est, quando cuiuscumque partis subiecti dimidium sive punctus, qui est in medio talis partis, (in medio inquam secundum longitudinem) tantum excedit in velocitate a puncto sive ab extremo velocissime moto, quantum excedit punctum sive extrellum tardissime motum in velocitate sive extrellum non motum (quod dico propter motum terminatum ad non gradum). Probatur haec conclusio per ultimam replicam primi argumenti huius dubitationis et per secundum argumentum. Nam si illa definitio esset bona, sequeretur, quod quelibet pars illius, quod uniformiter difformiter movetur quo ad subiectum, etiam uniformiter difformiter moveretur quo ad subiectum, ut facile deducitur ex illa definitio, sed tenendo illam definitionem sequitur oppositum videlicet, quod non quelibet pars illius, quod uniformiter difformiter movetur et cetera, ut probat ultima replica primi argumenti et secundum argumentum.

Quarta conclusio: motus uniformiter difformis quoad subiectum – ut pro nunc mihi appareat – bene definitur sic: motus uniformiter difformis quoad subiectum est, quando quilibet punctus subiecti intrinsecus et etiam extrinsecus velocissime motus in ea proportione velocius movetur, in qua magis distat a centro talis motus. Exemplum, ut si rota moveatur uniformiter difformiter, requiritur, quod in quacumque proportione puncta magis distant a centro ipsius rotae, in ea proportione velocius moveantur. Et per centrum in proposito ego intelligo punctum quiescens existens in illo corpore, quod sic movetur uniformiter difformiter, vel a quo imaginarie procedit talis motus. Et volo dicere, quod si corpus moveatur uniformiter difformiter quo ad subiectum a non gradu usque ad certum gradum, oportet, quod in | quacumque proportione puncta magis distant a punto illius subiecti, in quo est non gra-

dus motus, in ea [proportione] velocius moveantur. Si vero tale corpus, quod movetur uniformiter difformiter quo ad subiectum, ita se habeat, quod quilibet punctus eius moveatur, ita quod motus eius incipiat a certo gradu remissiori et terminetur ad certum gradum intensiorem, ut verbi gratia incipiat a quarto et terminetur ad octavum, sicut est de motu totius residui a circulo minori existente intra rotam in casu primi argumenti, tunc ad inveniendum centrum talis motus oportet addere corpori aliquod corpus, quod moveatur uniformiter difformiter a non gradu ad gradum ut quatuor, vel remissimum, quo movetur aliud corpus, cuius motus utrumque terminatur ad gradum, et si tunc omnia puncta illius corporis, cuius motus in utroque extremo terminatur ad gradum, in ea proportione velocius moveantur, in qua plus distant a puncto non moto corporis dati, qui quidem punctus tunc est centrum illius motus, tunc tale corpus uniformiter difformiter movetur quo ad subiectum. Probatur haec conclusio, quia illa definitio convenit omni et soli et cetera, igitur est bona, et antecedens pro nunc alio modo non probatur, nisi quia omni motui, qui communiter conceditur uniformiter difformis quo ad subiectum, convenit illa definitio, et soli tali, igitur propositum.

¶ Ex hac conclusione et praedictis sequitur, quod cuiuslibet, quod uniformiter difformiter movetur quoad subiectum, quaelibet pars quantitativa uniformiter difformiter movetur quoad subiectum. Probatur, quia cuiuslibet talis partis quilibet punctus in ea proportione velocius movetur, in qua plus distat a centro illius motus, ergo sequitur, quod quaelibet pars quantitativa illius, quod uniformiter difformiter movetur quo ad subiectum, etiam uniformiter difformiter movetur quoad subiectum. Consequentia patet ex definitione, et antecedens patet, quoniam sicut illa puncta moventur in toto, ita etiam in illa parte totius, in qua sunt, ut notum est. ¶ Sequitur secundo, quod non oportet, quod motus uniformiter difformis quoad subiectum corresponeat gradui motus existenti in medio magnitudinis talis corporis, nec in medio longitudinis. Probatur hoc correlarium quoad primam partem ex primo argumento et eius secunda confirmatione et quoad secundam partem ex confirmatione secundi argumenti.

¶ Sequitur tertio, quod motus uniformiter difformis quoad subiectum commensurari habet penes gradum medium inter summ[um] et infimum vel non gradum, ubicumque sit talis gradus. Patet, quia non videtur alias modus cognoscendi totalem velocitatem motus uniformiter difformis quoad subiectum. Et per hoc patet conclusio responsiva ad dubitationem, quae talis est:

Definitio illa, quae communiter datur de motu uniformiter difformi quoad subiectum, non est sufficienter assignata, quoniam nec valet, si intelligatur de medio magnitudinis, nec [valet], si intelligatur de medio longitudinis, ut declaratum est in secundo correlario.

His positis respondeo ad argumenta ante oppositum, quod illa sunt pro conclusione respon[s]iva. Quia tamen in primo argumento quaeritur, an in motu uniformiter difformi quoad subiectum gradus medius debeat esse in medio corporis quoad magnitudinem vel quoad longitudinem, dico, quod neuter illorum {modorum}¹ requiritur, quod sit in medio corporis, ut dicit secundum correlarium. ¶ Ad replicam tamen respondetur negando antecedens, ut ibi dicitur, quamvis

¹Sine recognitis: mediorum.

148

Secundi tractatus**Capitulum primum**

nisi talis replica sit pro conclusione. Quia tamē inquirit penes quē punctum debeat ibi attendi motus illius quadrati dico q̄ debet attendi penes punctū qui mouetur gradu medio inter gradum octauum quo mouetur punctus velocissime motus illius partis et gradum quo mouetur punctus tardissime motus eiusdem quadrati ubi cuncti talis punctus fuerit: de situ enim eius non est curāndum. Sed ad vīdendum an tale quadratum moueatū vniiformiter disformiter op̄oz̄ter aspicere an in quaevi proportione quilibet punctus eius magis distet a centro ī ea velocit̄ mouetur. Et hoc sufficit et requiritur ad motum vniiformiter disformiter ut ibi dictum est: et quia sic est de illo quadrato. Ideo vico illud mouerit vniiformiter disformiter.

Ad secundū argumentū cum sua confirmatione dico q̄ sunt pro conclusione responsia quid impugnant definitionem communem. Dico tamen q̄ motus celli est vniiformis disformis ut postea dicetur quia quodlibet punctum eius in ea proportione in qua plus distat a polo proximiori vel eque propinquio in ea velocis mouetur. Dico eque propter puncta existentia in equinoctiali: de hoc postea dicetur. Quantū ad confirmationem dico q̄ illud quadratum vniiformiter disformiter mouetur per rarefactionem et similiter illa pars que s̄ignatur in eo. Et cum probatur q̄ non dico q̄ illa p̄batio est pro me et contra definitionem quam ipsiungo. Et hec de dubitatione.

Sed de velocitate motus effectus est difficultas per quid habeat attendi. Ideo recitāde sint opiniones in hac materia communiter occurrentes.

Vnde duplex est opinio communis tam de motu vniiformiter disformi quo ad tempus quam de motu vniiformiter disformi quo ad subiectum et quo ad subiectum et tempus simili.

Prīma opinio est guillermi hentis berri qui dicit q̄ velocitas motus vniiformiter disformis quo ad subiectū dī attendi penes punctū velocissime motus. Deinde autē disformi quo ad tempus coincidit cum secunda opinione que dicit q̄ motus vniiformiter disformis quo ad tempus debet attendi penes gradum medium quo ad tempus id est penes gradum quo mouetur mobile in medio talis temporis: et motus vniiformiter disformis quo ad subiectum debet attendi penes gradum medium totius latitudinis vniiformiter disformis. Et hec est communior opinio:

Advertendum tamen q̄ quando dicimus q̄ velocitas motus vniiformiter disformis debet attendi penes gradum medium voluminis dicere q̄ tale mobile vniiformiter disformiter motum mouetur adequate ita velociter sicut mouetur punctus in quo est gradus medium talis latitudinis. Et quādō dicitur q̄ motus vniiformiter disformis quo ad tempus velocitas debet attendi penes gradum medium qui est in medio temporis volumus dicere q̄ tam velociter mouetur in illo tempore adequate illud mobile: ac si per totum illud tempus moueretur illo gradu quem habet in medio illius temporis.

Advertendum est ulterius q̄ velocitas motus quo ad effectum debet attendi penes spacium pertransitum: ita q̄ quanto spacium pertransitum iuerit maius in equali tempore tanto motus erit velocior. Dico tamen q̄ non debet attendi velocitas motus localis penes spacium corporale nec penes spacium superficiale sed penes spacium lineale descriptum a certo puncto q̄r tunc si unus equus traheret duas trahes inaequales eque velociter tamen sequeretur q̄ maior velocius moueretur cum describat maius spacium corporale et superficiale quam minor; qd̄ tamen falsum quia equaliter mouenur cū in virtute q̄ punctus medius equale spacium describat.

Et siceriam dicendum est de motu circulari vniiformiter disformi quo ad subiectum q̄ velocitas eius habet attendi penes lineam circularem descriptam a punto in quo est gradus medius illius latitudinis motus vniiformiter disformis. Velocitas motus vniiformiter disformi quo ad tempus quo ad subiectum debet attendi penes lineas descriptas a punto in quo est medius gradus talis latitudinis. Et similiter dicendum est de motu disformiter disformi quo ad tempus q̄ velocitas eius debet attendi penes spacium pertransitum in tali tempore:

Qualiter autem quantitas talis spaci debet cognosci quia ibi est huius materie precipua inquisitio in sequentibus suo loco declarabitur. Ex his tamen inferatur istam consequentiam non valere. Isla rota vniiformiter disformiter mota quo ad subiectum describit maiorem lineam quam punctus in quo est gradus medius totius latitudinis motus: agitur mouetur velocius quam ille punctus quia antecedens est verum cum punctus existens in circumferentia sive peripheria ipsius rote describat maiorem lineam quam punctus in quo est gradus medius latitudinis motus et virtute illarum linearum per motus rote describitur. Similiter arguendo de celo videntur antecedens verum et consequens falsum ut aliquatenus visum est et postea videbitur. Secundo sequitur q̄ ista consequentia non valet ista rota vniiformiter disformiter mouetur quo ad subiectum et circulus transibit lineam circularem equalē lineam descripta a punto in quo est medius gradus latitudinis quam talis punctus in quo est gradus medius latitudinis motus describat suam lineam ergo rota cuius mouetur quam talis punctus. Manifestum est enim q̄ rota secundum se totam quantitatem per uno tempore moueatur describit talem lineam: punctus vero no. Et ideo dictum est q̄ debet attendi penes lineam ab uno punto continuo descriptam de quo tamen latius in sequentibus.

Tertio sequitur q̄ ista consequentia non valet: nullum lignum maius spatium pertransibit quam illud in eodem tempore: agitur velocius mouebitur in eodem tempore. Probatur captis ut iam dictum est duobus lignis unequali crastitudinis et longitudinis que ab uno equo equaliter trahatur et manifestum est q̄ maius spaciū corporale superficiale et etiam lineale (no tamen ab eodem punto continuo descriptum) per transit quam aliud lignum minus: nihilominus tamen talia ligna equaliter mouentur. Isus superficie tenet dicitur ut intelligat ordo procedendi in hac materia primo disceptabo penes quid habeat attendi velocitas motus disformis quo ad subiectum hoc est tam vniiformiter disformis quam disformiter disformis quo ad subiectum. Et secundo disceptabo penes quid habeat attendi velocitas motus disformis quo ad tempus tam vniiformiter disformis q̄ disformiter disformis qualiter ingenio in capacitas

penes qd̄
velocitas
penes et
secutū hē
at attendi

1. corre,

2. corre,

3. corre,


talis replica sit pro conclusione. Quia tamen inquirit[ur], penes quem punctum debeat ibi attendi motus illius quadrati, dico, quod debet attendi penes punctum, qui movetur gradu medio inter gradum octavum, quo movetur punctus velocissime motus, illius partis et gradum, quo movetur punctus tardissime motus, eiusdem quadrati, ubicumque talis punctus fuerit, de situ enim eius non est curandum. Sed ad videndum an tale quadratum moveatur uniformiter diffiniter oportet aspicere an in quacumque proportione quilibet punctus eius magis distet a centro in ea velocius moveatur. Et hoc sufficit et requiritur ad motum uniformiter diffinitem, ut ibi dictum est, et quia sic est de illo quadrato. Ideo dico illud moveri uniformiter diffiniter. ¶ Ad secundam confirmationem concedo sequelam, et nego falsitatem consequentis, et ad probationem dico, quod denominatio motus non debet attendi penes denominationem partium ita quod quantocunque motus fuerit in maiori parte subiecti tanto plus denominat. ut bene probat argumentum, quamvis hoc oporteat in qualitate, ut postea dicetur. Sed quomodo debeat cognosci velocitas talis motus dictum est, et postea latius. dicetur.

Ad secundum argumentum cum sua confirmatione dico, quod sunt pro conclusione resp[on]siva, quia impugnant definitionem communem. Dico tamen, quod motus caeli est uniformiter diffinitem, ut postea dicetur, quia quodlibet punctum eius in ea proportione, in qua plus distat a polo proximiori vel aequae propinquuo, in ea velocius movetur. Dico „aeque propinquu“ propter puncta existentia in aequinoctiali, de hoc postea dicetur. ¶ Quantum ad confirmationem dico, quod illud quadratum uniformiter diffiniter movetur per rarefactionem, et similiter illa pars, quae signatur in eo. Et cum probatur, quod non dico, quod illa probatio est pro me et contra definitionem, quam impugno. Et haec de dubitatione. ¶ Sed de velocitate motus penes effectum est difficultas, per quid habeat attendi Ideo recitande sunt opiniones in hac materia communiter occurrentes. Unde duplex est opinio communis tam de motu uniformiter diffinimi quoad tempus, quam de motu uniformiter diffinimi quoad subiectum et quoad subiectum et tempus simul.

Prima opinio est Guillermi Hentisberi, qui dicit, quod velocitas motus uniformiter diffinimis quoad subiectum debet attendi penes punctum velocissime motum. De uniformiter autem diffinimi quoad tempus coincidit cum secunda opinione, quae dicit, quod motus uniformiter diffinimis quoad tempus debet attendi penes gradum medium quoad tempus, id est penes gradum, quo movetur mobile in medio talis temporis, et motus uniformiter diffinimis quoad subiectum debet attendi penes gradum medium totius latitudinis uniformiter diffinimis. Et haec est communior opinio.

¶ Advertendum tamen, quod quando dicimus, quod velocitas motus uniformiter diffinimis debet attendi penes gradum medium voluminis, dicere, quod tale mobile uniformiter diffiniter motum movetur adaequate ita velociter, sicut movetur punctus, in quo est gradus medius talis latitudinis. Et quando dicitur, quod motus uniformiter diffinimis quoad tempus velocitas debet attendi penes gradum medium, qui est in medio temporis, volumus dicere, quod tam velociter movetur in illo tempore adaequate illud mobile, ac si per totum illud tempus moveretur illo gradu, quem habet in medio illius temporis. |

¶ Advertendum est ulterius, quod velocitas motus quoad effectum debet attendi penes spatium pertransitum, ita quod quanto spatium pertransitum fuerit maius in aequali tempore, tanto motus erit velocior. Dico tamen, quod non debet attendi velocitas motus localis penes spatium corporale nec penes spatium superficiale, sed penes spatium lineale descriptum a certo punto, quia tunc si unus equus traheret duas trabes inaequales aequae velociter, tamen sequeretur, quod maior velocius moveretur, cum describat maius spatium corporale et superficiale quam minor, quod tamen falso, quia aequaliter moventur, cum in utraque punctus mediis aequaliter spatium describat. Et sic etiam dicendum est de motu circulari uniformiter diffinimi quoad subiectum, quod velocitas eius habet attendi penes lineam circularem descriptam a punto, in quo est gradus medius illius latitudinis motus uniformiter diffinimis. Velocitas motus uniformiter diffinimis quoad tempus et quoad subiectum debet attendi penes lineam descriptam a punto, in quo est gradus medius talis latitudinis. Et similiter dicendum est de motu diffiniter diffinimi quoad tempus, quod velocitas eius debet attendi penes spatium pertransitum in tali tempore. Qualiter autem quantitas talis spatii debeat cognosci, quia ibi est huius materiae praecipua inquisitio, in sequentibus suo loco declarabitur. ¶ Ex his tamen infertur istam consequentiam non valere. Ista rota uniformiter diffiniter mota quoad subiectum describit maiorem lineam quam punctus, in quo est gradus medius latitudinis motus, igitur movetur velocius quam ille punctus, quia antecedens est verum, cum punctus existens in circumferentia sive peripheria ipsius rotae describat maiorem lineam quam punctus, in quo est gradus medius latitudinis motus, et utraque illarum linearum per motum rotae describitur. Similiter arguendo de caelo dabitur antecedens verum et consequens falso, ut aliquid visum est, et postea videbitur. ¶ Secundo sequitur, quod ista consequentia non valet: ista rota uniformiter diffiniter movetur quoad subiectum et citius transibit lineam circularem aequalem lineae descriptae a punto, in quo est medius gradus latitudinis, quam talis punctus, in quo est gradus medius latitudinis motus, describat suam lineam, ergo rota citius movetur quam talis punctus. Manifestum est enim, quod rota secundum se totam, quantocumque [...] tempore moveatur, describit talem lineam, punctus vero non. Et ideo dictum est, quod debet attendi penes lineam ab uno punto continuo descriptam, de quo tamen latius in sequentibus [dicitur]. ¶ Tertio sequitur, quod ista consequentia non valet, istud lignum maius spatium pertransibit quam illud in eodem tempore, igitur velocius movebitur in eodem tempore. Probatur captis, ut iam dictum est, duobus lignis in aequali crassitudinis et longitudinis, quae ab uno equo aequaliter trahantur, et manifestum est, quod maius spatium corporale superficiale et etiam lineale – non tamen ab eodem punto continuo descriptum – pertransit quam aliud lignum minus, nihilominus tamen talia ligna aequaliter moventur. ¶ His superficie tenus dictis, ut intelligatur ordo procedendi in hac materia: primo disceptabo, penes quid habeat attendi velocitas motus diffinimis q[uo]d subiectum, hoc est tam uniformiter diffinimis quam diffiniter diffinimis quo ad subiectum. Et secundo disputabo, penes quid habeat attendi velocitas motus diffinimis quoad tempus tam uniformiter diffinimis quam diffiniter diffinimis, quantum ingeniali nostri capacitas



se extendit. In ea enim parte est abyssus multa et huius materiae labyrinthus a capacitate intellectus finita in extricabilis et incomprehensibilis, ut ibi videbitur in positione variorum casuum varia monstra et difformitates motuum difformiter difformium ad tempus ponentium. Et postremo aliquid, quam brevissime potero, de velocitate motus difformis quoad tempus et quoad subiectum simul et etiam motus mixti determinabo. Et sic trimembris dumtaxat erit huius materiae disceptatio, et inquisitio quibus determinatis absoluta fere erit.

2. Kapitel des 2. Traktats des 3. Teils

Capitulum secundum, in quo investigatur disputative et per modum quaestionis, penes quid attendi habeat motus localis difformis quoad subiectum velocitas

Consequenter ad primi puncti expeditionem accedens quaeritur, penes quid tamquam penes effectum motus difformis quod ad subiectum velocitas attendi habeat, an videlicet penes lineam descriptam a puncto velocissime moto, an penes lineam descriptam a puncto, in quo est gradus medius, an penes reductionem ad uniformitatem.

Et arguitur primo, quod non debeat attendi penes primum, ut opinatur hentisber in tractatu de motu locali capite primo, quia si, sic sequeretur pari ratione, quod deberet attendi penes punctum tardissime motum, sed hoc est falsum cum aliquando non detur, igitur. Patet consequentia, quia non videtur maior ratio de uno quam de altero. ¶ Dices, quod arguens dat rationem dicens, quod plerumque non datur punctus tardissime motus, et ideo non poterit continuo velocitas motus penes talem punctum attendi.

Sed contra, quia etiam – ut inferius videbitur – datur aliquis motus difformis quoad subiectum, cuius non datur punctus continuo velocissime motus, ut patebit in rota rarefiente, igitur etiam non potest continuo attendi penes talem punctum, et si talis punctus continuo maneat, non tamen linea, quam discritibit adaequate. ¶ Et confirmatur, quia tunc sequeretur, quod rota uniformiter difformiter mota moveretur continuo ita velociter sicut medietas eius, quae velocius movetur, sed hoc est falsum. Consequentia patet, et falsitas consequentis ostenditur, quoniam cum utraque medietas sit aequalis, non valet ratio sufficiens assignari, quare potius ita velocius movetur tota rota sicut medietas una et non sicut altera – et volo, quod ly „ita“ et „sicut“ distribuat – igitur si ita velocius sicut una etiam sicut et altera vel sicut neutra. ¶ Dices, quod ideo dicitur moveri ita velociter sicut medietas eius, quae velocius movetur, et non sicut illa, quae tardius movetur, quia iuxta dictum philosophi secundo de anima dignum est unumquodque a digniori denominari. Tum etiam, quia ill[u]d, quod describitur, a medietate, quae velocius movetur, describitur a tota rota cathegorematice, et nullum maius spatium a tota rota describitur, sed quodlibet minus usque ad non gradum vel ad certum gradum. Non autem sic est de spatio scripto a medietate tardius mota.

Sed contra, quia plerumque non datur punctus extremus ut posito, quod deus corrumpat in rota omnia puncta extrema. Item etiam nominalisando non datur punctum extrellum, quia termin[a]ta omnia talia indivisibilia negat, et figuramentum reputat, igitur.

tur saltem secundum viam nominalium non potest sumi velocitas motus difformis quoad subiectum | penes lineam a puncto velocissime moto descriptam. ¶ Dices, quod in tali casu velocitas illius motus debet attendi penes lineam descriptam a puncto imaginario positio in peripheria, hoc est, tota rota tantam lineam describit et tam velociter {movetur, quam} velociter movetur unus punctum, qui esset in peripheria talis rotae.¹

Sed contra capio unam rotam, quae difformiter movetur quoad subiectum, et cum incipit moveri, incipiat maiorari per refactionem, ita quod punctus eius extremus continuo magis ac m[al]gis distat a centro, ita quod in principio totius rotae diameter sit pedalis et in fine bipedalis. Quo posito sic arguitur: velocitas talis motus non potest attendi penes lineam descriptam a puncto velocissime moto. Igitur propositum. Arguitur antecedens, quia talis punctus nullam lineam describit, quod probatur sic, quia nullam circularem, ut notum est, cum non redeat ad idem punctum, a quo recessit, sed ad punctum in duplo magis distans a centro, nec etiam lineam rectam aliquam describit et non videtur, quam aliam lineam describat, igitur non datur ibi linea descripta a tali p[u]ncto, penes quam possit velocitas motus illius rotae commensurari. ¶ Et confirmatur, qua illa rota non movetur ita velociter, sicut punctus eius extremus movetur in principio motus, ut notum est, cum maiorem lineam describat per totum tempus, quam si rota maneret invariata quoad magnitudinem, nec tanta velocitate, quantata movetur in fine motus, nec in medio instanti motus, quia tunc hoc esset coincidere cum alia opinione, quae commensuratur penes gradum medium, igitur non videtur, penes quid attendi habeat velocitas talis motus. Et sic habetur, quod non omnis velocitas motus difformis quoad subiectum attendi habeat penes velocitatem puncti velocissime moti.

Secundo principaliter contra eandem partem arguitur, quia si illud esset verum, sequeretur haec conclusio, quod aliquod mobile continuo uniformiter moveretur, et tamen quilibet punctus eius intrinsecus continuo intenderet motum suum, sed hoc videtur impossibile. Igitur illud, ex quo sequitur.

Sequela tamen probatur, et capio unam rotam, quam divido in duas medietates circulares concentricas, ut patet supra in figura, et rarefiat continuo uniformiter, dum talis rota movetur circulariter, medietas interior versus circumferentiam condensando medietatem superiori versus circumferentiam quiescentibus continuo punctis circumferentialibus, ita quod continuo aequaliter distant a centro. Quo posito illa rota continuo uniformiter movetur, ut notum est ex opinione, et tamen quilibet punctus eius intrinsecus continuo intenderit motum suum, (cum continuo magis ac magis distet a centro et continuo maiorem lineam describat), igitur. Potest universaliter inferri talis conclusio, si in tali rota corrumpantur extrema pu[n]cta. ¶ Dices, quod hoc non est inconveniens, ut be[n]e probat argumentum. Immo etiam alia opinio idem tenetur concedere.

Contra, quia tunc pari pacto sequeretur, quod aliquod mobile continuo uniformiter moveretur, et tamen quilibet punctus eius intrinsecus continuo remitteret motum suum, sed hoc videtur inconveniens. Igitur. Sequela probatur casu posito, quod medietas rotae superior rarefiat versus medietatem {inferiorem}² eam condensando punctis extremis quiescentibus. Quo posito facile appetret propositum.

¹ Postremae duae lineae permutatae sunt. Nota ex recognitis.

² Sine recognitis: intensiorem.